





1766, 17.  
No. 460.

SPECIMEN  
CONTINENS  
CAPVT IVRIS CONTROVERSVM  
DE  
PERICVLOSO ASSECTANDI  
STVDIO  
IN IVRISPRVDENTIA  
QVOD  
ILLYSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA  
PRAESIDE  
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING  
PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.  
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.  
SOCIO  
IN AVDITORIO PETRINO  
DIE I. NOVEMBR. ANNO MDCCCLXVI.  
DEFENDET  
EHRGOTT HENRICVS KLEEDITZ  
GORLITIENS.

---

LIPSI AE  
LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.



SPECIMEN  
CAPVT IVRIS CONTROVERSIARVM  
PERICULOSO ASPECTANDI  
STVDIO  
IN IVRIS PVDENTIA  
KUNSTIS KCTVRVM QVODAM GENTIA  
P R A E S I D E  
D. CHRISTIANO HENR. BREYNING  
PROFESSOR PVDIC. ORDIN. IVR. HAC ET CETERA  
ET SOCIETAT. NITTE. NITTE. NITTE.  
1700  
IN AVDITORIO PETRINO  
DIE 1. NOVEMB. ANNO MDCCCLXXV  
HENR. BREYNING  
HENR. BREYNING  
L P S I A E  
LITTE. NITTE. NITTE. NITTE.



VIRIS  
MAGNIFICIS  
EXCELLENTISSIMIS CONSULTISSIMIS  
AMPLISSIMIS PRAENOBILISSIMIS  
GORLICENSIS REIPUBLICAE  
CONSULIBVS  
PRAETORI  
SYNDICO  
SCABINIS  
RELIQVISQVE  
SENATORIBVS

PATRONIS SVMMAE  
OBSERVANTIA COLENDIS

H A S  
ACADEMICORVM STVDIORVM  
PRIMITIAS  
IN  
SIGNVM  
PIETATIS ET REVERENTIAE

D. D. D.

ERREGOTT HENRICVS KLEEDITZ  
RESPONDENS




DE  
PERICVLOSO ASSECTANDI  
STVDIO  
IN IVRISPRVDENTIA.

---

§. I.



Egregie miror, BACHIVM in *Hist. Iur. L. II. Cap. II. Sect. IV. §. XV. p. 232.* Studium Sectarum adeo sub libera republica Romanorum inuenisse. Sicuti vero dissensionum varias species dederat, ita demum concludit: *Ex his vero exemplis, credo, intelligitur, dissensiones ICTorum non demum sub Augusto Labeone Atreique Capitone principibus exortas esse.* Putassem, de simplici dissensione forsitan in vno alteroque controuersi iuris capite BACHIVM locutum fuisse, nisi ad Capita Principesque illustrium Iurisprudentiae Romanae Sectarum



rum tanquam ad exemplar prouocasset, qui non in vna alteraue opinione dissentiebant, sed qui ipsimet quam grauius et in ipsis iurium argumentis, controuersiarum decisionibus, docendi scribendique methodo a se inuicem recedebant. Quamquam enim nemo dubitabit, et ante Labeonem Capitonemue dissensus fuisse etiam in Iuris studio, quippe innata ad dissentendum homini facilitas esse videtur, et vt PERSIUS Satyr. V. ait:


*Mille hominum species et rerum discolor usus,  
Velle suum cuique est, nec voto viuatur vno.*

tamen aliud est dissentire, aliud est sectae studium. Hinc saepe fit, vt, quae sententia vni vera, alteri non improbabilis, tertio tantum verosimilis, quarto dubia, quinto denique falsa videatur. Rei huius si causam scire cupias, philautias ratio eam tantum commendat nobis, quae semel placuit sententia, cuius argumenta vnice nobis fortiora videntur excoecatis, reliquorum parum commensabilia.

## §. II.

Praeterea, vt ad BACHIVM redeam, dissensus ante Labeonem concessi, non Sectas; sed alia quaestio, an ea id probent, quae adduxerat argumenta. Sicuti enim ea, quae a diuersis oratoribus in dicenda defendendaque





daque clientum causa prolata, magis causae ergo, quam ex vero dissensu dicta sunt; ita profecto ex dissensu Scaeuolae Crassique, qui vtrique in Curiana causa oratores agebant, nondum liquet, an Crassus vere a Scaeuola, cuius sane argumenta ex Analogia Iuris fortiora esse debebant, dissenserit. Fieri enim potest, vt causarum Patronus in puncto iuris dubio, ad quod lis agitur, eum defendat clientem, cuius iuribus forsan non adstipularetur ex animi sententia, sed cui, quod lege aliqua illa dubia causa directo decisa non sit, et in vtramque partem argumenta adsint, nec per se iniusta contraria opinio dici possit, auxilium denegare dubitabit.

### §. III.

Sectae assentandique studium inualuit sub Augusto, et dissentendi causa, quae quidem non semper eadem fuit, fuit tamen interdum, vt putat BRUNQVELL Prol. de Sectis et Controversiis Glossatorum §. 2. diuersa opinio quam sequebantur Icti in Philosophia. Nos non de omni dissensu Ictorum in suis controversiis capitibus dicamus, neque de Sectis eorundem, quippe dixerat *Christ. Otto a BOECKLEN de diuersis familiis Ictorum* et Antecessor noster in munere MASCOVIUS eleganti libello *de Sectis Sabinian. et Proculeian.* Neque dicamus de Miscellionibus seu Eclecticis in iure postquam



quam Sectarum studia deuerbuerunt, non dissensuum, de his enim dixerat BRVNQVELL Prol. de *ICTis herciscundis*. Neque demum de Glossatorum Sectis, quas exposuit *Idem* BRVNQVELL *cit. supra libello*. Sed quantum noceat Iurisprudentiae affectandi studium et in applicando, et in apprehendendo iure, videamus.

#### §. IV.

Primum, quo nocet sectandi studium, absque dubio est *errorum propagatio*. Quodsi enim contingat, ut in assentionibus priorum opiniones recipiamus, facile fieri potest, ut, quam erroneam opinionem Secta, recepit, omnes, qui sequuntur praeconcepta opinione rapiantur, ad eundem et defendendum errorem et applicandum. Exemplo res clarior erit. Putabant quondam Sabiniani, emtionem sine pretio solis rebus fieri posse, adducta HOMERI in rem suam autoritate, qui vocabulo *ὄνιζοῦρο* vsus fuerat, quod de vini coemtionem interpretabantur falso, teste MASCOVIO de *Sect. Sabinian et Proculei. Cap. IX. §. X. n. 3.* Permutationem rebus, nummis tantum emtionem venditionem constitui contra defendebant *Proculeiani*. Hicce error Sabinianorum solius assentionis studio propagabatur, quem forsitan nisi Sectae praeconceptis opinionibus imbuti magni inter ICTos, non errassent, re accuratius ponderata.





rata. Ais! quid intererat, quid nocebat: an permutationem dixerint, an emtionem? Multum sane. Si enim emtio esset, firma stabat, et vel ad tradendam rem, vel ad pretium soluendum agendum erat, sed in permutatione ex romana lege poenitentiae adhuc locus concedebatur. Hinc et in docendo et iudicando errores error producebat, soli Sectae studio tribuendos.

§. V.

Dein veritatum accuratiorem indagacionem assestandi studium impedit. Est enim id plerumque vitium sectatoribus proprium, vt eas foueant opiniones, quas semel primi in Secta acceptarunt, cumque eas extra dubitationes positas arbitrentur, contenti sunt iis argumentis, quae communiter receptae, quamquam, si Sectae non inhaereant, facile pregnantiora argumenta, quibus nouae veritates possent reuellari, eruere possent. Quanta enim pertinacia quondam defendit Glossatorum turba omnibus humanioribus destituta literis, iisque quae adiumento bono interpreti esse poterant, opiniones illius Sectae, cui nomen dederant, et, quamuis interdum interpretatio iuris capitis non omnino falsa esset, tamen quam addebant suae interpretationis causam, minus adaequata erat. Quam potius, ni Sectarii  
B  
fuissent,



fuisſent, adplicato ad alia ſubſidia ſtudio, forſan facile deſeruiſſent, inuenta veriori. Sed malebant Barbari eſſe, quod maiores aeque in literis barbari fuerant. Docent hoc quam facillime inter Sectas Gloſſatorum agitatae quaestiones, quasue et ſententiarum probationes et argumenta dedere, qualium quasdam adduxit quaestiones BRVNQVELL. *de Sectis et Controuerſ. Gloſſat.*

§. VI.

Praeterea affectandi ſtudio ius ipſum interpretatione et in cauſis ipſis controuerſis dubium reddit. Quamuis enim diſſenſus nunquam ceſſabunt, ita enim fert humana conditio, tamen quouſque ſingulorum tantum ſunt, vix periculum tantum metuentum, quam ſi integrae ſcholae diſſentiant, ſuoque diſſenſu efficiant, vt quoties ad eos deuoluatur decidenda quaestio controuerſa, ipſi toties ex ſuae Sectae, cui adſtipulantur opinione decidant, non cogitantes, an aliorum opiniones robuſtioribus forſan argumentis ſuffultae ſint. Et forſan videntur quaedam obſeruantiae collegiorum quorundam in ferendis ſententiis ex hoc affectandi ſtudio venire. Quando ſcilicet fit, vt in collegio cui reſpondendi de iure copia vel iuris dicundi potestas conſeſſa fuit, ſuperioribus temporibus opinio  
 quae-



quaedam recepta sit, quam affectandi studio, non ponderatis argumentis dissentientium robustioribus, pronuntient, prouti pronunciauerant maiores, iudicent, prout iudicauerant maiores non curantes obseruantiam vel ipsis legibus vel legum argumentis vinci posse. Fouent ergo forsitan opinionem obseruantia vt aiunt receptam in collegio, quam toties ipsimet extra collegium reprobant.

### §. VII.


Tandem periculosissimum esse videtur affectandi studium in apprehendenda iurisprudencia. Creat enim autoritatem praeconceptam in studiosa iuuentute, vt adfueti illius, quem sequuntur opinionibus, aliorum negligant opiniones, easque, quas a suo audiuerant magistro falli quasi nescio et fallere, vnice veras opinentur, quas tamen deposito autoritatis praecudicio haud raro falsas imo et ineptas deprehenderent. Parit haec affectandi consuetudo caecam fidem a iurisprudencia eliminandam. Nunquam enim iurisprudencia doctrina est, quae sola fide contenta esse potest, sed legibus et argumentis pugandum conuincendumque erit. Impedit itaque veram scientiae iuris apprehensionem illud τὸ αὐτὸς ἔφα: hoc est efficit, vt quae discimus haud maiori intellectu sciamus, quam moniales psalmorum cantilenas. Quare facile





facile fieri potest, ut qui tantum in magistri verba iuret, quem vnice sapientem sibi fingit, reliquos fructes, vel quod sint, vel quod ita, quod intererat magistri, esse iubebat, si post ad eam, quam apprehenderat opinionem, quae sui magistri erat, defendendam, aut in foro litigiosisque causis applicandam, cogatur, facile ad id adigi possit, ut vel causam deserat, vel adeo perdat, quae ipsa optima fuerat. Quae cum ita sint, rectius a Sectarum studio apprehensuris iura abstinendum videbitur.

T A N T V M.




Leipzig, Diss. 1766 A-G



TA-00









1766, 17.  
No: 460.

SPECIMEN  
CONTINENS  
CAPVT IVRIS CONTROVERSVM  
DE  
PERICVLOSO ASSECTANDI  
STVDIO  
IN IVRISPRVDENTIA

QVOD  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA  
PRAESIDE  
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING  
PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.  
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.  
SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO  
DIE I. NOVEMBR. ANNO MDCCCLXVI.

DEFENDET  
EHRGOTT HENRICVS KLEEDITZ  
GORLITIENS.

---

LIPSIÆ  
LITTERIS VIDVÆ LANGENHEMIAE.

